

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Disputatio Secunda De Religione Eclectica Seu Prudentum
ad Locum 1. Thessal. V.21**

**Hardtschmidt, Johann Nicolaus
Winter, Johannes Christoph**

Argentorati, 1705

VD18 11641991

§. 15

urn:nbn:de:bsz:31-105849

§. 15.

§. 15.

Accedit quod nulla prophetia Scripturæ Canonicæ unquam allata est voluntate hominis, sed acti à Sp. S. (Φερόμενοι) locuti sunt Sancti DEI homines; 2. Petr. 1, 21. igitur prophetia omnis examinanda est, juxta id quod Sancti homines locuti sunt, & juxta voluntatem DEI, quam Sancti DEI homines acti à Spiritu Sancto revelarunt, quam vel solus Paulus, se revelasse Ephesii contestatus est Act. 20, 27. Hanc jam Analogiam in verbo Dei scripto Canonico haberi, & proinde ad illud tanquam normam esse instituendum examen & δοκιμασίαν, satis porro ostendit alterum quod in nostro textu continetur vocabulum & ad prædicatum pertinet, δοκιμάζετε probate, quam probationem supra ostendimus includere cautelam & προσοχὴν attentionem mentis sedulam ex Matth. 7. conf. Actor. 20, 28. Hæc vero attentio, hoc προσέχετε à Sancto Petro expressè alligatur Verbo Dei scripto, quod firmius est oculari demonstratio, 2. Epist. 1, 19. Et habemus firmiorem sermonem propheticum, ὃ καλῶς ποιέτε προσέχοντες, cui benefacitis attendentes, cœl lucernæ apparenti & luenti in loco obscuro, donec dies illucescat, & lucifer exoriat in cordibus vestris; quem locum Scripturæ optimum & clarissimum à caliginosis objectionibus vindicavit & illustravit post alios etiam b. D. Dorscheus Dissertat. Theol. de Infallibili veritatis divinae testimonio ex Esai. 8, 20. §. 27. 28. Cum ergo Prophetia vera ex Dei voluntate procedat, ad illam quoque examinanda est; hæc autem voluntas continetur & reuelatur in eo verbo quod habemus, quod locuti sunt S. Dei homines, quodque scriptum est προφήταια γεγοφῆς 2. Pei. 2, 20. unde ad hoc verbum πάσα προφήταια omnis prophetia examinanda est. Deinde probatio prophetiæ omnis optime fit per attentionem ad sermonem propheticum προφήταια τῆς γεγοφῆς, prophetiam Scripturæ juxta Spiritus S. testimonium expressum 2. Pet. 1, 19. unde ipso Spiritu Sancto teste, & interpretibus ac nuntiis Sanctis DEI hominibus; norma examinandi & probandi omnia, interpretationem Scripturæ, personas, dogmata fidem & mores, optima erit Scriptura Sacra, Verbum DEI scriptum cui & Nostrates & Ecclesia A. C. attendit. Atque ita non tantum Nostrates alias de Scriptura Sacra loquuntur,

C

sed

GATI
RIANI
O,
ERIS,
ERUM,
ENTIA,
XTERRINO
SCIENTIA,
N REMPU
OLAM.
S
renatibus
neologicam
e studi commenda
INUM
WINTER, A.D.

sed in specie quoad hanc rem b. D. Dannhavverus de probat. Spirit. p. 9. 15. 51. Ethabemus hic Consensum etiam Patrum, Hieronymus enim (cui Commentarii isti tribuuntur) T. 9. in locum nostrum f. 186. haec commentatur: *Sive futura prædientes, sive præterita differentes: tantum ut probetis, si LEGI non sunt contraria quæ dicuntur: si quid tale fuerit refutare.* Nec aliter Ambrosius T. 5. Op. f. 392. *Omnia ergo quæ dicuntur, probanda monet: & quicquid sobrie & bene dictum fuerit, retinendum.* Quæcunque enim Apostolorum & ipsius Domini dictis congruant, ea bene dicta habenda sunt, & retinenda: ab his autem quæ inimica fidei videntur abstinendum — solent enim sub Apostolorum nomine & Ipsius Domini nefanda docere & adversa; ideoque omnia probanda monet, quia non possunt eloquia Domini esse diversa. Hinc est unde & Johannis Apostoli Epistola (1. Joh. 4.) Nolite, inquis, omni Spiritui credere, sed probate spiritus si ex DEO sunt: quia si multa bona dicat, in aliquo autem quod fidei adversum est promat, sciatur non esse Spiritus Sanctus.

§. 16.

Dum autem Scripturam Sacram ita pro *norma unica* agnoscimus, eatenus non excludimus *Symbola Ecclesiarum nostrarum*, quasi unicuique de cætero apud nos integrum sit docere, vel credere quicquid libuerit, sed autoritatem Ecclesiasticam illis concedimus, quibus non cogimus conscientias, aut libertatem veram & piam Christiani hominis tollimus; non tamen pro sociis nostræ confessionis, aut membris nostræ Ecclesiæ agnoscimus, qui illis non præbent assensum; quo ipso non video quid veræ religionis libertatique conscientiæcedeat, ut quidem fictus Ermeling putat c. 1. p. 4. Ita ut qui talibus Symbolis quæ ex verbo DEI descripta sunt, fidem suam adstrinxerit, non cogatur sub autoritatem humanam, ut dictus autor falso putat: nec melius aliud talem fidem appellet den. geformelsten Glauben in Erici Friedlich indifferentismo p. 6. de qua re in sequentibus D. v. plura erunt dicenda. Sufficere interea possunt, quæ aureus liber Formula seil. Concordiæ in Epitome articulorum, de quibus controversia ortæ sunt, habet p. 572. *Sola Scriptura Sacra iudex, norma & regula agnoscitur;*

ad

ul quam, cum Iydia
tada, an pia, an
symbola & alia si
elvint autoricit
latur: sed dantax
explicant, ac ostend
articula controversi
iuncta & explicata
in Scriptura page
hoc sufficere potest
DEO de his agere

Vidimus ha
mendar, restat al
sumedium compi
regia, quod bonum
predicato notatu
alitur, cum perpe
fur arundinis flu
ambigant vel anxi
in probatione j
sum demonstratu
fess verborum A
loca plurima; ut
bare necesse sit ap
quæ plures; aliq
vere, aut progre
trifas Jesu profes
sion, & venerunt
sæc. et avulsa, & r
sum quandam no
obopus posset. Lu
cine proprio, de
la instar agri be
gent, ut tanquam
spicte, ne vel ave